SEQUITUR CONSPECTUS SCHEMATICUS II^ae PARTIS SUMMAE THEOLOGIAE (1)

TABULA PRINCIPALIS

DE ACTIBUS HUMANIS IN PARTICULARI

Tota pars IIª IIªᵉ 1-189

(*Ex prologo IIªᵉ IIªᵉ*). Post considerationem de virtutibus et vitiis et aliis ad materiam moralem pertinentibus, necesse est considerare singula in speciali (*cf. Iª IIªᵉ prol. qu.* 6): sermones enim morales universales sunt minus utiles, eo quod actiones in particularibus sunt. Potest autem aliquid in speciali considerari circa moralia dupliciter: uno modo, ex parte ipsius materiae moralis, puta cum consideratur de hac virtute vel hoc vitio; alio modo quantum ad speciales status hominum, puta cum consideratur de subditis et praelatis, de activis et contemplativis, vel quibuscumque aliis differentiis hominum. Ergo considerabimus:

I. - primo, specialiter de his quae pertinent ad omnes hominum status IIª IIªᵉ 1-170

Est autem considerandum circa primum quod si seorsum determinaremus de virtutibus, donis, vitiis et praeceptis, oporteret idem multoties dicere... Erit igitur compendiosior et expeditior considerationis via si simul sub eodem tractatu consideratio procedit de virtute et dono sibi correspondente et vitiis oppositis et praeceptis affirmativis vel negativis. Erit autem hic considerationis modus conveniens ipsis vitiis secundum propriam speciem: ostensum enim est supra (*Iª IIªᵉ qu.* 72) quod vitia et peccata diversificantur specie secundum materiam vel obiectum, non autem secundum alias differentias peccatorum, puta cordis, oris et operis, vel secundum infirmitatem, ignorantiam et malitiam, et alias huiusmodi differentias; est autem eadem materia circa quam et virtus recte operatur et vitia opposita a rectitudine recedunt.

Sic igitur tota materia morali ad considerationem virtutum reducta, omnes virtutes sunt ulterius reducendae ad septem: quarum tres sunt theologicae, de quibus *primo* est agendum (*IIª IIªᵉ qu.* 1-46); aliae vero quatuor sunt cardinales, de quibus *posterius* agetur (*IIª IIªᵉ qu.* 47-170).

Virtutum autem intellectualium una quidem est prudentia, quae inter cardinales virtutes continetur et numeratur; ars vero non pertinet ad moralem quae circa agibilia versatur, cum ars sit recta ratio factibilium, ut supra (*Iª IIªᵉ qu. 57 art.* 3, 4) dictum est; aliae vero tres intellectuales virtutes, scilicet sapientia, intellectus et scientia communicant etiam in nomine cum donis quibusdam Spiritus Sancti, unde simul etiam de eis considerabitur in consideratione donorum virtutibus correspondentium. Aliae vero virtutes morales omnes aliqualiter reducuntur ad virtutes cardinales ut ex supradictis (*Iª IIªᵉ qu. 61 art.* 3) patet: unde in consideratione alicuius virtutis cardinalis considerabuntur etiam omnes virtutes ad eam qualitercumque pertinentes et vitia opposita. Et sic nihil moralium erit praetermissum.

A. - primo, de virtutibus theologicis IIª IIªᵉ 1-46

Circa virtutes igitur theologicas erit considerandum:

I. - de fide, cf. FIDES p. VI IIª IIªᵉ 1-16

II. - de spe, cf. SPES p. VI IIª IIªᵉ 17-22

III. - de caritate, cf. CARITAS p. VI IIª IIªᵉ 23-46

Consequenter post virtutes theologicas considerandum est circa virtutes cardinales:

B. - secundo, de virtutibus cardinalibus IIª IIªᵉ 47-170

I. - de prudentia, cf. PRUDENTIA p. VII IIª IIªᵉ 47-56

II. - de iustitia, cf. IUSTITIA p. VII IIª IIªᵉ 57-122

III. - de fortitudine, cf. FORTITUDO p. IX IIª IIªᵉ 123-140

IV. - de temperantia, cf. TEMPERANTIA p. IX IIª IIªᵉ 141-170

II. - secundo, specialiter de his quae pertinent ad determinatos status IIª IIªᵉ 171-189

Postquam dictum est de singulis virtutibus et vitiis quae pertinent ad omnium hominum conditiones, et status, nunc considerandum est de his quae specialiter ad aliquos homines pertinent. Invenitur autem differentia inter homines secundum ea quae ad habitus et actus animae rationalis pertinent, tripliciter:

A. - uno quidem modo secundum diversas gratias gratis datas IIª IIªᵉ 171-178

Est autem attendendum circa gratias gratis datas, de quibus occurrit consideratio prima, quod:

I. - quaedam eorum pertinent ad cognitionem IIª IIªᵉ 171-175

Omnia vero quae ad cognitionem pertinent, sub prophetia comprehendi possunt... Et ideo occurrit considerandum:

a. - primo, de prophetia IIª IIªᵉ 171-174

(1) Conspectus hic excerptus est ex opere *Tabulae schematicae... Summae Theologiae et Summae contra Gentiles,* quas exaravit CL. ST. SUERMONDT, O. P., Romae 1943, pp. 26-27, 32-36, 39-40.

De prophetia autem quadruplex consideratio occurrit:
1. - de essentia prophetiae IIa IIae 171
2. - de causa prophetiae IIa IIae 172
3. - de modo propheticae cognitionis IIa IIae 173
4. - de divisione prophetiae IIa IIae 174

b. - secundo, de raptu, qui est quidam prophetiae gradus IIa IIae 175

II. - quaedam gratiae gratis datae pertinent ad locutionem IIa IIae 176-177

Considerandum est:
a. - primo, de gratia linguarum IIa IIae 176
b. - secundo, de gratia sermonis sapientiae et scientiae IIa IIae 177

III. - quaedam gratiae gratis datae pertinent ad operationem, seu de gratia miraculorum IIa IIae 178

B. - alia vero differentia est secundum diversas vitas, activam scilicet et contemplativam, quae accipitur secundum diversa operationum studia IIa IIae 179-182

I. - de divisione vitae per activam et contemplativam IIa IIae 179
II. - de vita contemplativa IIa IIae 180
III. - de vita activa IIa IIae 181
IV. - de comparatione vitae activae ad contemplativam IIa IIae 182

C. - tertio modo differentia est secundum diversitatem officiorum et statuum IIa IIae 183-189

Circa hoc considerandum est:
I. - de officiis et statibus hominum in generali IIa IIae 183
II. - specialiter de statu perfectorum IIa IIae 184-189

Considerandum est de his quae pertinent ad statum perfectionis, ad quem alii status ordinantur. Nam consideratio officiorum quantum quidem ad alios actus pertinet ad legispositores; quantum autem ad sacra ministeria pertinet ad considerationem Ordinum, de quibus in Tertia Parte (*cf. Suppl. qu.* 34-40) agetur.

Circa statum autem perfectorum triplex consideratio occurrit:
a. - primo, de statu perfectionis in communi IIa IIae 184
b. - secundo, de his quae pertinent ad perfectionem episcoporum IIa IIae 185
c. - tertio, de his quae pertinent ad perfectionem religiosorum IIa IIae 186-189

Circa hoc occurrit quadruplex consideratio:
1. - de his in quibus principaliter consistit religionis status IIa IIae 186
2. - de his quae religiosis licite convenire possunt IIa IIae 187
3. - de distinctione religionum IIa IIae 188
4. - de religionis ingressu IIa IIae 189

TABULAE AUXILIARIAE

FIDES

De fide IIa IIae 1-16

Circa fidem quadruplex consideratio occurrit:

I. - de ipsa fide IIa IIae 1-7

Circa fidem vero erit considerandum:
a. - de obiecto fidei IIa IIae 1
b. - de actu fidei IIa IIae 2-3
1. - de actu *interiori* fidei qui est credere IIa IIae 2
2. - de actu exteriori fidei qui est confessio IIa IIae 3
c. - de ipso habitu fidei IIa IIae 4-7
1. - de ipsa fide IIa IIae 4
2. - de habentibus fidem IIa IIae 5
3. - de causa fidei IIa IIae 6
4. - de effectibus fidei IIa IIae 7

II. - de donis fidei correspondentibus IIa IIae 8-9

a. - de dono intellectus IIa IIae 8
b. - de dono scientiae IIa IIae 9

III. - de vitiis oppositis IIa IIae 10-15

a. - de infidelitate, quae opponitur fidei IIa IIae 10-12
1. - de infidelitate in communi IIa IIae 10
2. - de haeresi IIa IIae 11
3. - de apostasia a fide IIa IIae 12
b. - de blasphemia quae opponitur confessioni fidei IIa IIae 13-14
1. - de blasphemia in generali IIa IIae 13
2. de blasphemia quae dicitur peccatum in Spiritum Sanctum IIa IIae 14
c. - de ignorantia et hebetudine, quae opponuntur scientiae et intellectui IIa IIae 15

Considerandum est de vitiis oppositis scientiae et intellectui. Et quia de ignorantia quae opponitur scientiae, dictum est supra (*Ia IIae qu.* 76) cum de causis peccatorum ageretur, quaerendum nunc est (*solum*) de caecitate mentis et hebetudine sensus, quae opponuntur dono intellectus.

IV. - de praeceptis ad fidem pertinentibus IIa IIae 16

SPES

De spe IIa IIae 17-22
I. - de ipsa spe IIa IIae 17-18

Circa primum occurrit consideratio:
a. - de ipsa spe IIa IIae 17
b. - de subiecto spei IIa IIae 18

II. - de dono timoris IIa IIae 19

III. - de vitiis oppositis IIa IIae 20-21
a. - de desperatione IIa IIae 20
b. - de praesumptione IIa IIae 21

IV. - de praeceptis pertinentibus ad spem et timorem IIa IIae 22

CARITAS

De caritate IIa IIae 23-46

I. - primo, de ipsa caritate IIa IIae 23-44

Circa primum consideranda sunt quinque:

A. - primo, de ipsa caritate IIa IIae 23-24

Circa primum est duplex consideratio:
I. - de ipsa caritate secundum se IIa IIae 23
II. - de caritate per comparationem ad subiectum IIa IIae 24

B. - secundo, de obiecto caritatis IIa IIae 25-26

Circa quod duo consideranda occurrunt:
I. - de his quae sunt ex caritate diligenda IIa IIae 25
II. - de ordine diligendorum IIa IIae 26

C. - tertio, de actibus caritatis IIa IIae 27-33

I. - de principali actu caritatis qui est dilectio IIa IIae 27

II. - de aliis actibus vel effectibus consequentibus actum princ palem IIa IIae 28-33

a. - de effectibus interioribus caritatis IIa IIae 28-30

Circa primum tria consideranda sunt:
1. - de gaudio IIa IIae 28
2. - de pace IIa IIae 29
3. - de misericordia IIa IIae 30

b. - de exterioribus actibus vel effectibus caritatis IIa IIae 31-33
1. - de beneficentia IIa IIae 31
2. - de eleemosyna, quae est quaedam pars beneficentiae IIa IIae 32
3. - de correctione fraterna, quae est quaedam spiritualis eleemosyna IIa IIae 33

D. - quarto, de vitiis oppositis caritati IIa IIae 34-43

I. - de odio, quod opponitur ipsi dilectioni IIa IIae 34

II. - de acedia et invidia, quae opponuntur gaudio caritatis IIa IIae 35-36

Quod quidem gaudium est et de bono divino cui gaudio opponitur acedia, et de bono proximi cui gaudio opponitur invidia. Unde considerandum est:
a. - de acedia IIa IIae 35
b. - de invidia IIa IIae 36

III. - de discordia et schismate, quae opponuntur paci IIa IIae 37-42
a. - de discordia, quae est in corde IIa IIae 37
b. - de contentione, quae est in ore IIa IIae 38
c. - de his quas pertinent ad opus, scilicet de schismate, rixa, seditione (*cf. prol. qu.* 39) et bello IIa IIae 39-42
1. - de schismate IIa IIae 39
2. - de bello IIa IIae 40
3. - de rixa IIa IIae 41
4. - de seditione IIa IIae 42

IV. - de offensione et scandalo, quae opponuntur beneficentiae et correctioni fraternae IIa IIae 43

Considerandum est de vitiis quae beneficentiae opponuntur. Inter quae alia quidem pertinent ad rationem iustitiae, illa scilicet quibus aliquis iniuste proximum laedit; sed contra caritatem specialiter scandalum esse videtur. Et ideo considerandum est hic (*solum*) de scandalo.

E. - quinto, de praeceptis ad caritatem pertinentibus IIa IIae 44

II. - secundo, de dono sapientiae caritati correspondente

A. - de ipsa sapientia IIa IIae 45

B. - de vitio opposito, quod est stultitia IIa IIae 46

PRUDENTIA

De prudentia IIa IIae 47-56

I. - de prudentia secundum se IIa IIae 47

II. - de partibus prudentiae IIa IIae 48-51

Circa hoc quaeruntur quatuor:
a. - quae sint partes prudentiae IIa IIae 48
b. - de partibus quasi integralibus prudentiae IIa IIae 49
c. - de partibus subiectivis prudentiae IIa IIae 50

Deinde considerandum est de partibus subiectivis prudentiae. Et quia de prudentia per quam aliquis regit seipsum iam dictum est (*qu.* 47 *sqq.*), restat dicendum de speciebus prudentiae quibus multitudo gubernatur.

d. - de partibus potentialibus prudentiae IIa IIae 51

III. - de dono correspondente prudentiae, quod est consilium IIa IIae 52

IV. - de vitiis oppositis prudentiae IIa IIae 53-56

Dicit autem Augustinus, in IV *contra Iulian.* (c. III) quod omnibus virtutibus non solum sunt vitia manifesta discretione contraria, sicut prudentiae temeritas; verum etiam vicina quodammodo, nec veritate sed quadam specie fallente similia, sicut ipsi prudentiae astutia. Ergo considerandum est:

a. - de vitiis quae manifeste contrarietatem habent ad prudentiam, quae scilicet vitia proveniunt ex defectu prudentiae vel eorum quae ad prudentiam requiruntur IIa IIae 53-54

Quia vero sollicitudo ad prudentiam pertinet, circa primum consideranda sunt duo:
1. - de imprudentia IIa IIae 53
2. - de negligentia, quae sollicitudini opponitur IIa IIae 54

b. - de vitiis quae habent quandam similitudinem falsam cum prudentia, quae scilicet contingunt per abusum eorum quae ad prudentiam requiruntur IIa IIae 55

V. - de praeceptis ad prudentiam pertinentibus IIa IIae 56

IUSTITIA

De iustitia IIa IIae 57-122

Circa quam quadruplex consideratio occurrit:

I. - prima, de iustitia IIa IIae 57-60

Circa iustitiam consideranda sunt quatuor:
A. - de iure IIa IIae 57-60
B. - de ipsa iustitia IIa IIae 58
C. - de iniustitia IIa IIae 59
D. - de iudicio IIa IIae 60

II. - secunda, de partibus iustitiae IIa IIae 61-120

A. - primo, *de partibus subiectivis quae sunt species iustitiae,* scilicet distributiva et commutativa IIa IIae 61-78

Circa primum occurrit duplex consideratio:

I. - de ipsis iustitiae partibus subiectivis IIa IIae 61-62

Et quia restitutio videtur esse actus commutativae iustitiae, considerandum est:
A. - de distinctione iustitiae commutativae et distributivae IIa IIae 61
B. - de restitutione IIa IIae 62

II. - de vitiis oppositis partibus subiectivis iustitiae IIa IIae 63-78

A. - de acceptatione personarum, quae opponitur iustitiae distributivae IIa IIae 63

B. - de peccatis quae opponuntur iustitiae commutativae IIa IIae 64-78

I. - de peccatis quae committuntur circa involuntarias commutationes IIa IIae 64-76

Committuntur autem peccata circa involuntarias commutationes per hoc quod aliquod nocumentum proximo infertur contra eius voluntatem, quod quidem potest fieri dupliciter, scilicet:

a. - nocumentum proximo illatum per facta IIa IIae 64-66

Facto quidem, cum proximus laeditur vel in persona propria, vel in persona coniuncta (*cf. qu.* 65 *art.* 4), vel in propriis rebus. De his ergo per ordinem considerandum est:

1. - de homicidio, per quod maxime nocetur hominibus IIa IIae 64

2. - de peccatis aliarum iniuriarum quae in personam committuntur IIa IIae 65
3. - de peccatis per quae infertur nocumentum proximo in rebus, scilicet de furto et rapina IIa IIae 66

b. - nocumentum proximo illatum per verba IIa IIae 67-76
1. - de nocumentis quae pertinent ad iudicium IIa IIae 67-71

Circa primum quinque consideranda occurrunt:
de iniustitia iudicis in iudicando IIa IIae 67
de iniustitia accusatoris in accusando IIa IIae 68
de iniustitia ex parte rei in sua defensione IIa IIae 69
de iniustitia testis in testificando IIa IIae 70
de iniustitia advocati in patrocinando IIa IIae 71

2. - de nocumentis verborum quae fiunt extra iudicium IIa IIae 72-76
de contumelia IIa IIae 72
de detractione IIa IIae 73
de susurratione IIa IIae 74
de derisione IIa IIae 75
de maledictione IIa IIae 76

II. - de peccatis quae committuntur circa commutationes voluntarias IIa IIae 77-78
a. - de fraudulentia quae committitur in emptionibus et venditionibus IIa IIae 77
b. - de usura quae fit in mutuis IIa IIae 78

Circa alias enim commutationes voluntarias non invenitur aliqua species peccati quae distinguatur a rapina et furto.

B. - secundo, *de partibus quasi integralibus iustitiae* quae sunt facere bonum et declinare a malo, et de vitiis oppositis IIa IIae 79

C. - tertio, *de partibus quasi potentialibus,* scilicet de virtutibus adiunctis IIa IIae 80-120

Circa hoc sunt consideranda:

I. quae virtutes iustitiae annectuntur IIa IIae 80

II. - de singulis virtutibus iustitiae annexis IIa IIae 81-120

Ex articulo unico qu. 80: Virtutes adiunctae in aliquo conveniunt cum principali, in aliquo deficiunt a perfecta ratione ipsius. Aliqua virtus ad alterum existens a ratione iustitiae deficere potest:

uno modo inquantum deficit a ratione aequalis; et hoc modo adiungitur iustitiae *religio* respectu Dei, *pietas* respectu parentum, *observantia* respectu hominum virtute et dignitate antecedentium;

alio modo, inquantum deficit a ratione debiti; inquantum scilicet non adest legale debitum, sed morale, idest ex honestate virtutis, et quidem dupliciter: aut est tale quod sine eo honestas morum conservari non possit, et sic habetur ex parte ipsius debentis *veritas,* ex parte eius cui debetur recompensatio, quae est *gratia* sive *gratitudo* in bonis et *vindicatio* in malis; aut est tale quod confert ad maiorem honestatem sine quo tamen honestas conservari potest, et hoc debitum attendit *liberalitas* quae debitum ordinem servat in usu exteriorum rerum, *amicitia* sive *affabilitas* quae hominem convenienter ordinat ad alios homines in communi conversatione. — *Ibidem ex ad* 4 *et ad* 5: Iustitiae legali adiungitur *epieikeia* quantum ad ea quae quandoque particulariter agenda occurrunt praeter communes leges.

Ex ordine igitur considerabitur:

A. - *primo,* de religione IIa IIae 81-100

Circa religionem tria consideranda occurrunt:

I. - de ipsa religione secundum se IIa IIae 81

II. - de actibus religionis IIa IIae 82-91
a. - de actibus interioribus qui secundum praedicta (*qu.* 81 *art.* 7) sunt principaliores IIa IIae 82-83

Interiores autem actus religionis videntur esse devotio et oratio. Ergo agendum est:
1. - de devotione IIa IIae 82
2. - de oratione IIa IIae 83

b. - de actibus exterioribus religionis, qui sunt secundarii
1. - de adoratione per quam aliquis suum corpus ad Deum venerandum exhibet IIa IIae 84
2. - de illis actibus quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur IIa IIae 85-88

Circa hoc occurrit duplex consideratio:
de his quae Deo a fidelibus dantur IIa IIae 85-87
de sacrificiis IIa IIae 85
de oblationibus IIa IIae 86
de primitiis IIa IIae 86 art. 4
de decimis IIa IIae 87
de votis, quibus Deo aliqua promittuntur IIa IIae 88

3. - de actibus quibus ea quae Dei sunt assumuntur IIa IIae 89-91

Considerandum est de actibus exterioribus latriae quibus aliquid divinum ab hominibus assumitur quod vel est sacramentum aliquod vel ipsum nomen divinum. Sed de sacramenti assumptione locus erit tractandi in Tertia huius Operis Parte (*qu.* 60 *sqq.*). De assumptione autem nominis divini nunc agendum est. Assumitur autem divinum nomen ab homine tripliciter

per modum iuramenti, ad propria verba confirmanda IIa IIae 89
per modum adiurationis, ad alios inducendum IIa IIae 90
per modum invocationis, ad orandum vel laudandum IIa IIae 91

III. - de vitiis oppositis religioni IIa IIae 92-100

Et primo de illis quae cum religione conveniunt in hoc quod exhibent cultum divinum; secundo de vitiis manifeste contrarietatem ad religionem habentibus per contemptum eorum quae ad cultum divinum pertinent. Primum autem horum pertinet ad superstitionem; secundum ad irreligiositatem. Unde considerandum est:

a. - de ipsa superstitione et de partibus eius IIa IIae 92-96
1. - de ipsa superstitione IIa IIae 92
2. - de speciebus superstitionis IIa IIae 93-96
de superstitione indebiti cultus veri Dei IIa IIae 93
de superstitione idololatriae IIa IIae 94
de superstitione divinationum IIa IIae 95
de superstitione observationum IIa IIae 96

b. - de irreligiositate et partibus eius IIa IIae 97-100

Considerandum est de vitiis religioni oppositis per religionis defectum, quae manifestam contrarietatem ad religionem habent; unde sub irreligiositate continentur. Huiusmodi autem sunt ea quae pertinent ad contemptum sive irreverentiam Dei et rerum sacrarum. Ergo considerandum est:

1. - de vitiis quae pertinent directe ad irreverentiam Dei IIa IIae 97-98

Circa primum considerandum occurrit:
de tentatione qua Deus tentatur IIa IIae 97
de periurio quo nomen Dei irreverenter assumitur IIa IIae 98

2. - de vitiis quae pertinent ad irreverentiam rerum sacrarum IIa IIae 99-100
de sacrilegio IIa IIae 99
de simonia IIa IIae 100

B. - *secundo,* de pietate IIa IIae 101

C. - *tertio,* de observantia IIa IIae 102-105
I. - de ipsa observantia IIa IIae 102
II. - de partibus observantiae IIa IIae 103-105
a. - de dulia, quae exhibet honorem et cetera ad hoc pertinentia personis superioribus IIa IIae 103
b. - de obedientia, per quam earum obeditur imperio IIa IIae 104
c. - de vitio opposito, quod est inobedientia IIa IIae 105

D. - *quarto,* de gratia sive gratitudine IIa IIae 106-107
I. - de ipsa gratitudine IIa IIae 106
II. - de vitio opposito quod est ingratitudo IIa IIae 107

E. - *quinto,* de vindicta IIa IIae 108

F. - *sexto,* de veritate IIa IIae 109-113
I. - de ipsa veritate IIa IIae 109
II. - de vitiis oppositis veritati IIa IIae 110-113
a. - de mendacio, quod opponitur veritati per verba IIa IIae 110
b. - de simulatione sive hypocrisi, quae opponitur veritati per facta IIa IIae 111
c. - de iactantia et ironia, quae sunt partes mendacii IIa IIae 112-113
1. - de iactantia, qua aliquis verbis se extollit IIa IIae 112
2. - de ironia, qua aliquis minora de se dicit IIa IIae 113

G. - *septimo,* de amicitia seu affabilitate IIa IIae 114-116
I. - de ipsa amicitia IIa IIae 114
II. - de vitiis oppositis, quae sunt adulatio et litigium IIa IIae 115-116
a. - de adulatione IIa IIae 115
b. - de litigio IIa IIae 116

H. - *octavo,* de liberalitate IIa IIae 117-119
I. - de ipsa liberalitate IIa IIae 117
II. - de vitiis oppositis liberalitati IIa IIae 118-119
a. - de avaritia IIa IIae 118
b. - de prodigalitate IIa IIae 119

I. - *nono,* de epieikeia IIa IIae 120

De aliis autem (virtutibus quae sunt partes potentiales iustitiae) hic (*qu.* 80) enumeratis supra dictum est: partim in tractatu de caritate, scilicet de concordia et aliis huiusmodi; partim in hoc tractatu de iustitia, sicut de bona commutatione (*cf. qu.* 80 *ad* 4, *et qu.* 61 *sqq.*) et innocentia (*cf. qu.* 80 *ad* 2, *et qu.* 79); de legispositiva autem in tractatu de prudentia (*cf. qu.* 80 *ad* 4, *et qu.* 50).

III. - tertia, de dono correspondente iustitiae, scilicet de pietate IIa IIae 121

IV. - quarta, de praeceptis ad iustitiam pertinentibus IIa IIae 122

FORTITUDO

De fortitudine IIa IIae 123-140

I. - de ipsa fortitudine IIa IIae 123-127
Circa fortitudinem consideranda sunt tria:
A. - de ipsa fortitudine IIa IIae 123
B. - de actu praecipuo fortitudinis, scilicet de martyrio IIa IIae 124
C. - de vitiis oppositis fortitudini IIa IIae 125-127
1. - de timore IIa IIae 125
2. - de intimiditate IIa IIae 126
3. - de audacia IIa IIae 127

II. - de partibus fortitudinis IIa IIae 128-138
A. - quae sint fortitudinis partes IIa IIae 128
B. - de singulis partibus fortitudinis IIa IIae 129-138

Sub quatuor principalibus partibus quas Tullius ponit (*De invent. Rhet. II* 54), alias comprehendimus, nisi quod magnanimitatem, de qua etiam Aristoteles tractat (*Eth. IV* 3), loco fiduciae ponemus. Ergo considerandum erit:

I. - de magnanimitate IIa IIae 129-133
Circa primum considerandum est:
a. - de magnanimitate IIa IIae 129
b. - de vitiis oppositis IIa IIae 130-133
1. - de illis quae opponuntur magnanimitati per excessum IIa IIae 130-132
praesumptio IIa IIae 130
ambitio IIa IIae 131
inanis gloria IIa IIae 132
2. - de pusillanimitate, quae opponitur magnanimitati per modum defectus IIa IIae 133
II. - de magnificentia IIa IIae 134-135
a. - de ipsa magnificentia IIa IIae 134
b. - de vitiis oppositis magnificentiae IIa IIae 135
III. - de patientia IIa IIae 136
IV. - de perseverantia IIa IIae 137-138
a. - de ipsa perseverantia IIa IIae 137
b. - de vitiis oppositis perseverantiae IIa IIae 138

III. - de dono ei correspondente quod est donum fortitudinis IIa IIae 139

IV. - de praeceptis ad eam pertinentibus IIa IIae 140

TEMPERANTIA

De temperantia IIa IIae 141-170

I. - de ipsa temperantia IIa IIae 141-142
A. - de ipsa temperantia IIa IIae 141
B. - de vitiis oppositis IIa IIae 142

II. - de partibus temperantiae IIa IIae 143-169

A. - primo, de ipsis partibus temperantiae in generali IIa IIae 143

B. - secundo, de singulis partibus temperantiae in speciali IIa IIae 144-169

I. - *de partibus quasi integralibus* quae sunt verecundia et honestas IIa IIae 144-145
a. - de verecundia IIa IIae 144
b. - de honestate IIa IIae 145

II. - *de partibus subiectivis temperantiae* IIa IIae 146-154

a. - primo, de his quae sunt circa delectationes ciborum IIa IIae 146-150
Circa primum considerandum est:
1. - de abstinentia quae est circa cibos et potus IIa IIae 146-148
Circa abstinentiam autem consideranda sunt tria:
de ipsa abstinentia IIa IIae 146
de actu abstinentiae qui est ieiunium IIa IIae 147
de vitio opposito quod est gula IIa IIae 148
2. - de sobrietate quae est specialiter circa potum IIa IIae 149-150
de ipsa sobrietate IIa IIae 149
de vitio opposito, scilicet de ebrietate IIa IIae 150

b. - secundo, de his quae sunt circa delectationes venereorum, sive de castitate II^{a} II^{ae} 151-154
1. - de ipsa castitate II^{a} II^{ae} 151
2. - de virginitate, quae est pars castitatis II^{a} II^{ae} 152
3. - de luxuria, quae est vitium oppositum castitati II^{a} II^{ae} 153-154
de ipsa luxuria in generali II^{a} II^{ae} 153
de speciebus luxuriae II^{a} II^{ae} 154

III. - ***de partibus potentialibus temperantiae*** II^{a} II^{ae} 155-169
A. - de continentia II^{a} II^{ae} 155-156
I. - de ipsa continentia II^{a} II^{ae} 155
II. - de incontinentia II^{a} II^{ae} 156
B. - de clementia et mansuetudine II^{a} II^{ae} 157-158
I. - de ipsis his virtutibus II^{a} II^{ae} 157
II. - de vitiis oppositis clementiae et mansuetudini II^{a} II^{ae} 158-159
a. - de ira, quae opponitur mansuetudini II^{a} II^{ae} 158
b. - de crudelitate, quae opponitur clementiae II^{a} II^{ae} 159
C. - de modestia II^{a} II^{ae} 160-169
I. - de ipsa modestia II^{a} II^{ae} 160
II. - de singulis quae sub ea continentur II^{a} II^{ae} 161-169

Considerandum est de speciebus modestiae:
a. - de humilitate et superbia quae ei opponitur II^{a} II^{ae} 161-165
1. - de ipsa humilitate II^{a} II^{ae} 161
2. - de superbia II^{a} II^{ae} 162-165
de superbia in communi II^{a} II^{ae} 162
de peccato primi hominis quod ponitur esse superbia II^{a} II^{ae} 163-165
de ipso peccato primi hominis II^{a} II^{ae} 163
de poena huius peccati II^{a} II^{ae} 164
de tentatione qua inductus est primus homo ad peccandum II^{a} II^{ae} 165
b. - de studiositate et de curiositate sibi opposita II^{a} II^{ae} 166-167
1. - de studiositate II^{a} II^{ae} 166
2. - de curiositate II^{a} II^{ae} 167
c. - de modestia secundum quod est in verbis et factis, seu in exterioribus motibus corporis et de peccatis oppositis II^{a} II^{ae} 168
d. - de modestia secundum quod est circa exteriorem cultum sive apparatum, et de peccatis oppositis II^{a} II^{ae} 169

III. - de praeceptis ad temperantiam pertinentibus II^{a} II^{ae} 170